

**I**ngenium monstras doctum viresque viriles,  
Dum recte, Infantes pænituisse, doces.  
Dignum laude virum Patriæ sibi Mosa reposcit.  
Jure, sed abreptum Leucoris Alma dolet  
Augeat is dotes & cœptis annuat *Infans*  
Quem Christi cœtus totus in orbe colit.

**DETLEVVS GOTTHARDVS ZWERG,**  
Helsingora Danus, Opponens.

---


**E**doctus Gladium Divini stringere verbi,  
Signa hæc virtutis das manifesta tuæ.  
Audax aggrederis parvæ Christi gregis hostes,  
Ex acie, fama non sine, Victor abis.  
Macte nova virtute! Tibi nam nexa corona est,  
Fortibus in Patria præmia digna Viris.  
Proximus occidere ut fulget Sol splendidiori  
Lumine, quæ nitide signa sequentis erunt.  
Lucis; Sic specimen doctrinæ tu prius edis,  
Linquere quam doctas vis Heliconiadas.  
Omine quodque bono portendat mox abeunti  
Tam Tibi, quam Patriæ, tempora fausta. Vale!

**P. PETERSENIUS,** Alfa - Danus.  
Opponens.

---

**U**t patriæ poteris sacras animare Cathedras,  
Atque gregem Domini pascere, rite precor.  
Amplificet summum numen collata brabæa  
Quæ dudum meruit cura labore Tuus  
Sic crescente tua fama, mea gaudia crescent  
Sic & amicorum plaudit amica cohors

**RVDOLPH FRIEDRICH JESSEN,**  
Philosophiæ Cultor.  
Sonderb. Danus.



Coll. Olm. A 157,7